090
088
094
084
099
079
139
039

pient Quod tamen longe a me semper abfuit et ex omnibus
que in hoc opere precipimus profiteor nihil omnino ex aliquo
huius etatis vel audivisse vel legisse Itaque sicut mihi meam
ab aliis gloriam precipi moleste fero ut sua a me precipi ne
mo puto homo aut lectorum quorum paucissimi mihi
familiares non sunt qui se hoc antea ignorasse et a me ver
bo vel scriptis didicisse neget Libertinus adversus libertum et cetera privatum sit
2 genitivus libertum relatum est patroni licet unus idem quis sit
et libertinus et libertus Per libertinos significamus
condicionem hominis sicut per ingenuum per libertum signi
ficamus privatum quendam respectum sicut per patronum
Ideoque libertinus adiectivum est sicut ingenuus eo quod non fiat ali
qua libertatibus Libertus substantivum sicut patronus illud
quod solemus diffinire hoc non solemus et in iure civili liberti
sunt qui iusta servitute manumissi sunt Quemadmodum
econtrario ingenui sunt qui libera matre nati nec postea servi
facti sunt Significat enim ut dixi condicionem hominis pro ingenuum
et libertinum ut libertinus homo libertina mulier libertine
condicionis Non autem libertus homo liberta mulier liberte con
dicionis Hec enim significant privatum quendam respectum
ad patronum patronam ve relata et ad eum eam ve qui an
tea dominus aut domina huius fuit cum servus ancilla
ve esset ut libertus Cesaris libertus Messaline liberta Claudii li
berta Agrippine non autem libertinus Cesaris aut libertina Ideo
quod interrogamus hic ingenuus est an libertus non autem an li
bertus et cum responsum est libertinus interrogamus cuius li
bertus non cuius libertinus Respondet quod est libertus meus aut
tuus aut illius aut Catonis non autem nullius Atque libertus
sine patrono patrona ve non est libertinus potest esse Quo
niam necesse est eum aliquem habuisse quo factum est ut dicamus
colliberti colliberteque quemadmodum conservi conserveque quod
hi plures sub umbra unius patroni sint sicut illi sub impe
rio unius domini Non autem collibertinum et coingenuum ad nul
lam enim privatam personam plures homines referri possunt nec
alii ab aliis distinguuntur Colliberti dicuntur sunt ut mei a tuis et
conservi quemadmodum cives mei a gentibus tuis qui alterius
civitatis Condiscipuli mei a tuis Commilitones mei a tuis
qui sub alio preceptore vel duce es Libertinus vero atque inge
nuus hoc non contingit cum non magis nexus mihi sit
cum ingenuus meus et tibi cum libertinus tue quam cum aliis
quibuscumque Ideoque non dicitur congenua et collibertinum et libertus

collibertus quisque aliquem cuius desinit alterius hominum nomen esse con
tenti tamen distinguere Veteribus placuit privatum respectum
a publico et non libertinitas quamvis non libertas et servo
tamen non quo ad privatum dominum refertur sit servitus sed quod
ad publicum Quivis enim non meus servus meus Sed etiam
sine respectu patroni ut hic servus et homo servus quod in liber
tus non fit Ceterum cogitanti mihi unde factum est ut in tan
ta exemplorum copia elegantia hanc accuratissime custodi
entium tamen tot hominum nullam unquam annotaverim hoc ex
istimo causae fuisse quod frequenter inveneriunt sine mentione pa
troni libertum nominari quo falli sepe negligentiae sunt Si
enim vero nunquam reperiebant liberto non appositum patronum
tamen reperiebant libertino nunquam appositum quasi semper ad
hereret liberto patronus vel nominatim vel subintelligendo ut
in multis fit quale est vendidi patrimonium supplet meum
Collocavit filiam supplet suam Publicavit opus supplet suum
Ita hoc loco quale est apud Quintilianum licet et in illo
unius anni quem virum aut fidelem libertum lateri filii sui
adiungere videlicet suum Cicero pro Sextio cum aut gratu
laturi auxilio suorum libertorumque exceptum a ferro Clodia
norum non Cesaris simile libertinum quod nec cuiusquam suos
libertosque fecerat sed suos ipsius Quod attinet plura ex iure ci
vili exempla repetere cum etiam distincti sint tituli de liber
tis et libertinis quam distinctionem qui ignorant omnes autem legum
lectores ignorant plurima ac capitalia in iure civili peccata
committunt Servius grammaticus si codex fidelis est pro libertino
posuit libertum in nono Eneidos Feronia mater nimpha
Campanie quam et supra diximus Hec etiam libertinorum dea est in
cuius templo raso capite pilleum accipiebat Adnimadvertere quod ait
Suetonius de vita Claudii ignarus temporibus Appii et dein
ceps aliquandiu libertinos dictos non ipsos qui manumitte
rentur sed ingenuos ex his procreatos Accessus accessio dein
3 Accessus et accessio differunt Siquidem accessus est ad
ventus atque appropinquatio accessio autem adiectio sive incre
mentum que differentia rara est in consimilibus nominibus
Datus vero et datio idem sunt Cultus et cultio motus et moto
actus et actio nisi quod dicimus actionem causarum non actum et
actum comediarum non actionem Cursus et cursio abusus
et abusio gestus quoque et gestio parum differunt nam gestus est
actio quedam et quasi pronuntiatio corporis Gestio vero ad
ministratio et actio cuius parum in usu est Hec autem duo differunt

© Stadtbibliothek Ulm, 2008. Signatur: HS 6720;

Ende
Anfang